



omnium generum falus aliis parari, et ftabiliri potuit. Adde hifce duumviris tertium, qui fimili modo pro filio devoveri cupiit, Davidem, 2, Sam. XVIII, 33. ex cuius precibus, *utinam pro te mori poffem*, intelliges, devotorum confilium fuiife tantum, ut morte fua aliorum vitam et falutem incolumem fervarent.

§. 8.

Est genus quoddam hominum, de quo Paulus Rom. V, 7. affirmat, fieri poffe ut pro alio quodam hominum genere moriantur, feu devoveantur. Res cum fuis caufis ex antiquitate repetenda eft. Cum Antiochus impietate fua illuftriffimus Iudaeos opprimeret, ceflit quorundam, uti fieri folet, pietas obfequio tyranni legibus praeflando. Nec defuerant tamen, qui ut huic malo refifteretur, nihil intentatum reliquerunt, ab eoque pietatis ftudio dicti funt חסידים, noftro fermone haud incommode diceres *pios confeffores*. Extat horum et nomen et pietatis laus II. Maccab. XIV, 6. I. Maccab. II, 42. VII, 12. Ad hos tanquam affertores ac vindices libertatis et pietatis patriae maxime ftrenuos, confluebat ingens virorum turba, qui avitae et religionis et libertatis cupidiffimi erant. Tantaque fuit huius nominis fama, ut qui a populo amari colique defiderarent, horum cafta et partes fequerentur. Commendabantur imprimis munificentia erga egenos, a qua praeftantiffimum nomen affecuti funt, ut dicerentur ἀγαθοὶ καὶ ὄσιοι ἢ εὐεργετοὶ. 1) A beneficentiffimis hifce viris diverfi erant צדיקים *jufti, bonis* illis five *beneficis* ideo inferiores, quod non nifi beneficia lege imperata praefarent, caeterum neminem iniuria lacefferent.

1) IOSEPHVS Antiqu. Iud, lib. XII. c. 16.